

Il lessico usato è relativo al capitolo XV, si dà, però, per conosciuto l'uso dei tempi presente, imperfetto.

Cornelia



Cornelia bona et proba femina Romana erat, quae duos habebat filios, quorum alteri Tiberius, alteri Gaius praenomina erant; utrique puero Gracchus cognomen erat. Pater eorum T. Sempronius Gracchus appellabatur. Filios suos Cornelia maxime amabat atque ab iis amabatur. Olim¹ femina, nomine Tullia, quae procul a Roma habitabat et quae amica Corneliae erat, ad eius villam advenit. Utraque matrona² laeta est. Dum eae sedent in sellis in magno et pulchro cubiculo cum multis ancillis, Tullia, quia omnia ornamenta sua alteri matronae ostendere vult, monstrans gemmas, quas non modo in di-

¹ *Olim* = una volta.

² *Matrona*, -ae: matrona, nobildonna, donna patrizia.

gitis sed etiam in collo gerit, «Multas», inquit, «novas gemmas habeo, quae me valde³ delectant et quae meos digitos et meas manus ornant; aspice etiam hanc lineam pretiosam plenam margaritarum, quam mihi vir meus magna pecunia in foro emebat. Quam pulchra sunt haec ornamenta! Nonne te quoque delectant haec?». Cornelia, nudis brachiis et collo, quia non amabat se ipsam nimis ornare, iam laeta non est: nam non gaudet se audire tam superba⁴ verba et, illius gemmas aspiciens, respondet: «Ita est, o Tullia: pulchrae sunt gemmae tuae et formosissima est linea quam maritus tuus tibi afferebat; itaque puto illum te amare. Ego quoque, tamen⁵, pulchras gemmas, quae emi ab aliis feminis non possunt ac in nulla urbis taberna reperiri possunt, habeo». Tullia inquit: «O, mea Cornelia, ostende mihi gemmas tuas! Suntne pulchriores quam meae? Ubi illas occultas? A quibus terris eae veniunt vel a quibus mercatoribus Romam portantur?». Cornelia igitur, surgens, vocat Tiberium et Gaium, quos videt a ludo⁶ redire: «O filii, venite huc⁷! Salutate Tulliam, quae nobiscum hodie est!». Tiberius et Gaius audiunt matris vocem et accurrentes in villae atrium ineunt. Cornelia digito eos ostendens amicae «Ecce», inquit, «filii mei: haec ornamenta mea sunt: nullas alias gemmas cupio⁸».

(Delia)

³ *Valde*: molto, alquanto, davvero (avv.).

⁴ *Superbus*, -a, -um: superbo, altezzoso.

⁵ *Tamen*: tuttavia (avv.).

⁶ *Ludus*, -i (m.): scuola.

⁷ *Huc*: qui (avv. di moto a luogo).

⁸ *Cupio*, -is, -ere: desiderare.